uitta. Obsurdueruut, Pythagoras cum con
stituisset illum uocalem cælorum concentũ
contra aurium iudicium, excusabat hebetu
dinem sensus auditus, quem sonitus huius
tum magnitudine tum consuetudine con-
tingere dicebat. Nam & Aristo, tradit sen-
tiendi uim temperamentum habere quod
dam quod rei sensibilis obiectę exuperan-
tia non solum debilitat sed etiam corrum-
pit, ut hic de solis fulgore affertur & ocu-
lis item et de illis Nili præcipitiis quæ di-
cuntur Catadupa λωυπτεω græce. est ca
dendo sono inde nili cataractæ dicta sunt
catadupa, Iu alueo nili fluminis ęgypti sũt
scopulorum angustiæ & crebræ rupes qui
bus ille impeditus & exasperatus sæuus
insurgit ubi illisarum cautibus undarum
lucta et præcipiti immanis amnis delapsu
tantus efficitur sonus ut accolę sæpe alio
migrare, ut Seneca scribit sint coacti, Est
est

dinē̄m sonitus sensu
audiendi caret Hic
uero tantus est toti-
us mūdi incitatissīa
conuersione sonitus
ut eum aures homi-
num capere nō pos-
sint. Sicut intueri ne
quitis aduersum solē
eiusq; radijs acies uīa
sensusque uincitur.
Hæc ego admirans
referebam tamē ocu
los ad terram identi-
dem. Tum Africa
nus inquit. Sentio te
sedem etiam nūc ho
minum contempla-
ri ac domum. Quæ
si tibi parua ut est ita
uidetur, hæc cœlestia
semper spectato, illa
humana

& huius generis in septentrionali Britan-
nia (Scotiam uocant) flumē nomine (si me-
mini) Taia vbi accolæ excisas in sylua ar-
bores in flumen uicinum colligatas coniu-
ciunt (nam aliter propter montes cōmode
in urbem inuehi non possunt) illis accolæ
(sunt siluestre hominū genus) superimpo-
siti & tanq̄ naui vecti per illa fluminis prę
cipitia magno spectantium stupore dela-
buntur incolumes. Similia produuntur de
Nili accolis hoc magis admiranda q; hic in
fra meroen latitudinem habet trium miliū
passuum amnis in primis inclytus. Sedem
hominum, terram intelligit. Ingreditur hic
dissuadere nepoti gloriæ studium prestan-
tium alioqui ingeniorum & uoluptates o-
pesq; contemnentium pestem præsentissi-
mam. Nam qui præsentium premiorum cō
templatione (quando hæc sæpe bonis ma-
lisq; iuxta contingunt aut omnino non cō-
tingūt (uirtutem colit, periculum est ne eā
deserat. Gloriæ locus (inquit Cicero in of
ficiis, est sane lubricus quod uix inuenitur
qui laboribus susceptis periculisq; aditis
non quasi mercedem rerum gestarum desi-
deret gloriam elegāter scriptum est Iuue-
nali. Bellorū eximie trūcis affixa trophæis
Lorica & fracta de casside buccula pędens
Et curtum temone iugum uictæq; triremis
Aplustre & summo tristis captiuus in arcu.
Humanis maiora bonis creduntur ad hæc
se Romanus graiusq; ac barbarus indupe-
rator. Erexit causas discriminis atq; labo
ris. Inde habuit tanto maior famę sitis est
q̄ Virtutis, quis enim virtutē amplectitur
ipsam Premiam si tollas? Tria autem po
tissimum in gloria expeti solent que singu-
la exigua & momentaria adeoq; longe in-
fra uirtutis dignitatem esse ostendit, sunt

humana cõtemnito Tu enim quam cele=britatẽ ſermonis ho=minum aut quam ex petẽdam gloriã cõſe=quj potes ?Vides ha bitari in terra raris & anguſtis in locis ,& in ipſis quaſi macu=lis , ubi habitatur, uaſtas ſolitudines in teriectas. Hos quod qui incolunt terram, non modo interrup tos ita eſſe ,ut nihil inter ipſos ab alijs ad alios manare poſ ſit ,ſed partim obli=quos, partim trãſuer ſos partim etiã aduer ſos ſtare uobis ,a qui bus ſpectare gloriam certe

autem hæc ut paſſim et per omnia nagetur loca ut apud q̃ plurimos eoſdemq; opti=mos & ut perenniter duret ; quæ locorum temporumq; anguſtiis et mortaliũ deniq; rerum interitu ineuitabili impediũtur. Op=portune interim zonarũ magniq; anni ra=tionem obiter & uelut in tranſcurſu expo=nit. Vides habitari facilius zonarum in ter ra ratio intelligetur ſi pauca quędam de circulis cęleſtibus prefati fuerimus. Cõſtat imprimis & iam dictum eſt mundum eſſe globoſæ figuræ & perpetuo circulorum motu circũagi. Hic motus imaginatur fieri ſuper linea recta per mediam molem eun=tem cuius alter terminus polus dicitur arti cus nobis perpetuo conſpicuus , alter an=tarticus, priori e regione oppoſitus nobis occultus iis tamen manifeſtus qui ad auſtrũ ultra æquinoctialem circulum degunt. Nã ſub æquinoctiali uterque orizonta contin=git. Pręter illos polos totius machinæ ſũt & alii poli zodiaci & planetarum contra priorem illum mundi motum in orientem aſſidue euntium, qui ab illis mũdi polis ab ſunt. 23. gradibus, & hi minutis. Aſtrono mi eñ cælũ uniuerſum in. 360. gra. par=tiuntur. Circuli ergo illi quẽ poli zodiaci imaginantur deſcribere circa polos mũdi uocantur articus & antarticus , q̃uis aliter tradat Proclus. Articum circulum ſequitur qui dicitur tropicus cancri & ſolſticialis & is eſt quem ſol in zodiaco uectus imagina=tur deſcribere in puncto zodiaci propin=quiſſimo puncto noſtro uerticali quem ze=nith vocant. Nam cum ad eum ſol peruene rit non vlterius accedit ad nos, ſed regredi tur ad diuerſam mũdi partem, eaq; de cau ſa dictus eſt ſolſticialis & tropicus .i. con=uerſionalis longiſſimum præſtans diem & breuiſ=

certe nullā potestis. Cernisaūt terrā eādē quasi quibusdam re= dimitam &circuūda= tā cingulis e quibus duos maxime inter se diuersos, & cœli uerticibus ipsis ex u= traq; parte subnixos obriguisse pruina vi des Medium autem illum & maximum solis ardore torreri Duo suut habitabi= les ‘quorum austra= lis ille ‘in quo quj in sistunt, aduersa uo= bis urgent ut uestigi= a, nihil ad uestrū ge= nus: Hic autem la= ter subiectus aquilo= ni, quem incolitis,

cerne

breuissimā noctem ab artico circulo. 42. gradibus, & 15 minutis distans. Secundum hunc est æquinoctialis circulus plane maxi mus, quippe qui cælū in duas æquales par tes diuidit sic dictus simul ꝙ qui sub eo de gunt semper habēt dies nocti æquales. xii. utrinque horas (horū enim orizon omnes circulos quos describit sol in anno. 360. ad angulos rectos secat & in æquales por= tiones) simul ꝙ dum sol est in hoc circulo quod bis contingit in anno eis etiam qui sphæram habēt (ut nos) obliquam dies sit nocti æqualis quod ubicūque simus mediā illius circuli partem uideamus. Cæterum si quis punctum uerticialem haberet polū ipsum, tunc æquinoctialis esset illi orizon quo fieret vt dimidiū anni illi nox esset al terū dimidiū, dies cum sol vltra orizonta vi. menses consumat & totidem citra. Di= stat ab a circulo cancri quantum polus zo= diaci a polo mūdo id est gra. 23. & 51. mi nutis sic em̄ maxima solis declinatio & di= stantia circumferentiæ circuli artici a polo muudi equantur. Huic succedit circulus di= ctus tropicus capricorni ī quo maxime ab= est sol a nobis, solis vltima meta diesque breuissimus & longissima nox, idem apud illos pollēs quod apud nos tropicus can= cri, quare nobis æstas est illis hyems, & cō= tra. At iis qui sub æquinoctio sunt bis in anno est estas bisque hyems sole bis per eorum capita transeunte. Distat hic cir= culus ab æquinoctiali quantum cancer, Cō ficit sol cursu suo in anno circulos. 360. sed solum hi tres, medius uidelicet, æqui= noctialis, & duo extremi tropici in sphæ= ram adhibentur. Antarticus circulus idem pollet apud illos in austro, ꝙ apud nos antarticus. De zodiaco uero ut circulus est

cerne quã uos tenui parte cotigat, Omnis enim terra quæ colitur a uobis, angustata uertcibus, lateribus latior. parua qnædã insula est, circumfusa illo marj quod atlanticũ quod magnum quod oceanum appellatis in terris Quj tamen tã tanto nomine, quã sit paruus uides. Ex his ipsis cultis notis ꝗ teerris num aut tuum, aut cuiusꝗ nostrum nomen uel cau casum huuc, quem cernis transcendere, potuit, uel illum gangẽ trãsnatare? Qnis in

in octaua sphæra (si nullam ultra addere libet) medius inter illius polos atque adeo ad æquinoctialem obliquus & in. xii. diuisus signa, quorũ singula longitudinis gradus. 30. latitudinis. 12. habent propter planctarum excursus, & ut eius lineã mediam dictã eclipticã sol nunquã egreditur item & de duobus coluris circulis per puncta æquiuoctialia & solsticialia transeuntibus qnatuorque anni tempora ver / æstatẽ / autumnũ / hyemem / distinguentibus item & de meridiano qui meat per polos mundi & punctũ uerticialem mediũ diem noctemque ostendens, a liisque plerisque instituta breuitas dicere uetat. Sed neque de orizonte, i. circulo uisus nostri finitore qui sub æquinoctiali rectus ultra aut citra obliquus est sat differere licet ut is præcipue in causa est, vt qui longius absumus a sole lõgiores habeamus æstate dies iis qui propius degunt quandoquidem maiores nobis itineris sui circulos quam illis interea demonstrat aliisque plurimis stitu dignissimis. Ergo ex præmissis collige quinque esse in cælo zonas & circulorum interualla quarum prima sit artica, i. septentrionalis area intra circulum articum inclusa. Altera intersticium inter articum & tropicũ canceri. Tertia interstitiũ inter duos tropicos quæ dicitur uia solis. Quarta inter tropicũ capricorni & circulum antarticum. Quinta area inclusa intra circulum antarticum, iam in terra imaginetur telluris partes respondentes his cæli plagis & ab illis contuitæ meridianum aut colurum in. 360. partes diuidendo & obseruato numero graduũ intersticiorum singulis in cælo gradibus. 60. uel circiter miliaria dabimus in terra qua etiã ex re facile eleuatio poli simulꝗ & la

In reliquis orie͂tis aut obeu͂tis sols ultimis aut aquilonis austri= ue partibus tuum nomem audiet? Qui bus a͂putatis, cernis profecto quantis in angustijs uestra glo ria se dilatari uelit, Ip si aute͂ quj de uobis loquuntur, qua͂diu loque͂tur? Quin etia͂ si cupiat proles illa futurorum hominu͂ deinceps laudes uni= uscuiusque nostrum a patribus acceptas posteris prodere, ta= men propter eluuio= nes exustionesque terraru͂, quas accide= re tp̄e certo necesse est

& latitudo loci. i. dista͂tia ab æquinoctiali possunt internosci. Iam duæ extremę zonę ꝙ longe absint a uia solis necesse est regio= nes subiectas immodice frigere. Media ꝙ assidue in ea feratur sol scilicet inter tropi cos immodice calet, quapropter difficilis illic & incommoda est habitatio, nisi forte sub æquinoctiali ubi etsi sol sit propter rectiores radios flagrantior, non tamen ultra. xii. horas uidetur. Temperatę uero zonæ & habitabiles sunt illę in terris quas aspiciuut inter capedines cæli que ab alte= ra parte sunt inter tropicum capricorni & circulum antarticum ab altera id est nostra inter tropicum cancri & circulum articum. Vergi. Quinqꝫ tene͂t cælu͂ zonæ quaru͂ una corusco. Semper sole rubens & torrida semper ab igni. Quam circum extremę dex tra lęuaqꝫ trahuntur. Cęrulea glacie concre tæ atqꝫ nubibus atris. Has inter mediamqꝫ duę mortalibus ęgris. Munere concessæ diuum & uia secta per ambas. Obliquus qua se signorum uerteret ordo. Item & a= pud Ouidium. I. Meta. eadem inuenies. Pleriqꝫ ex quibus & Macro, uetustatis secu ti fidem putabant antęcorum & antipodu͂ temperatam a nostra temperata oceano in terfluente separatam circum circa sit ut temperata sit quadripartita, praeterea & illas nobis aduersas multi propter solis ardorem in media zona maccessas dixere. Sed ueritas est temporis filia, nam nuper lusitanorum nauigatione compertum est America annumerata telluris globum cir= cum circa habitabilem. Constat enim antę= cos esse in extrema Africa ultra tropicum capricorni, quod etiam & ueteres inuenere Compertum est item & terræ habitatæ lon gitudinem in oriente͂ ultra ducentos. 80.

 gra=

eſt, nō modo nō ęter=
nam ſed ne diuturnā
quidē gloriā aſſequj
poſſumus. Quid aūt
intereſt ab his quj po
ſtea naſcentur ſermo
nem fore de te cū ab
his nullus fuerit quj
āte natj ſint? quj nec
pauciores & certe me
liores fuerūt uirj cū
præſertim aqud eos
ipſos, a quibus no,
men noſtrum poteſt
audirj, nemo unius
annj memoriam cō=
ſequj poſſit. Homi
nes enim populariter
annū tantummodo,
ſolis id eſt unius aſ=
tri reditum metiūtur
Cū autem ad idem
unde

gradus excurrere quod Aug. noſtrum fugit
de ciui. dei. 16. Ca. 9. ut uadiaus in melæ
cōmentariis annotauit, ratio autē quare ab
aliis ad aliios rarus ſit tranſitus, maxime
aliorū ad nos non tam eſt arenæ ſolitudi=
nes & maria q̄ quod illarū plagarū gētes
ſolum habere uidentur uberius quo ſe con=
tinēt, aut certe quod mitioris ſint & quieti
magis q̄ europei ingenii. Dixit itaq; habi=
tari in terra raris & anguſtis in locis, quod
maior terræ pars tecta ſit undis in quibus
ipſa velut inſula extat & prominet per in=
ſulas appendices & adiectas habens inſu=
las quę in ipſa undarum claritate macula=
rum ſpeciem exhibent. Partim obliquos.
Obſeruandū eſt apud Cleomedē utranq;
harum temperatarū in duas diuidi partes.
quarū alterā nos habitemus, alterā uero. i.
dimidiā illam alterius hemiſphærii circū=
uerſam noſtræ periæci. i. circumcolæ no=
bis ſi auſtrum aut aquilonem ſpectemus ad
dextrā læuāq; ſiti ſub eodē latitudinis pa=
ratello coēm nobiſcū habentes anni tēpe=
riem (quantū ad cælum attinet) coēm dies
& noctis longitudinem, ortu tamen & oc=
caſu differentes, nam pleriq; ipſorum cum
nobis eſt mediū diei illis eſt noctis mediū,
& contra hi Ciceroni dicuntur nobis obli=
qui, quales fere ſunt extremis Iudis Hiſ=
pani. Qui uero e regione noſtræ trans tor=
ridam, ſed eo quo nos hemiſphærio & tel=
luris latere habitant, quales ſunt in extre=
ma Africa antęci nobis ſunt, eundē nobiſ=
cum meridianū habentes & coēm longitu
dinem, ſed noſtra æſtas illorum hyems eſt,
& cōtra trauerſi (ni fallar) nobis dicti. Ad
uerſa uero nobis urgere ueſtigia dicuntur
antipodes, qui illud mundi latus habitant
ad quod ſi a noſtris ueſtigiis per telluris
medium

uñ semel profecta sũt cuncta astra redierĩt, eandemque totius cæli descriptionem longis interuallis retulerint, tũ ille uere uertens annus appellarj potest, in quo uix dicere audeo, q̃ multa secula hominum teneantur, Namque ut deficere sol hoĩbus extinguiq; uisus est, cum Romulj animus hæc ipsa in templa penetrauit, quandocunq; eadem parte sol, eodemq; tempore iterum defecerit, tum signis omnibus

medium ad illorum uestigia linea ducatur diameter erit terrę, hi omnia fere nobis habent cõtraria, cum nobis dies, est illis nox, cum nobis æstas illiis hyems, antęcis nostris ipsi sunt perięci. quemadmodum nostri perieci antipodes sunt nostris antæcis. De illis tñ qui circũ cirta sub æquinoctiali habirant diuersũ quiddam accidit. Hic autem alter subiectus aquiloni. redit ad nostrum cingulum seu zonã quã in Asiam Europam Africãq; diuidere licet. Asiam ab Europa dirimit Tanais fluuius et Bosphorus ab Africa Nilus ęgypti. Africã ab Europa mare mediterraneũ. Augustã fortasse dixit uerticibus quia ut Macro. inquit q̃to tropicus circulus maior est septẽtrionali tãto Zona lateribus. i. in ea parte qua ad tropicum uergit q̃ uerticibus qua parte polum respicit est latior, uel si uertices appellemus orientis occidentisq; extrema. cõstat eam latiorem esse in medio linea a septẽtrione per ægyptũ ad extremã Africã protensa q̃ sit uel in extrema India uel in Gaditano freto ubi admodũ angusta est. Parua quædam insula Elegãter Ioui. Ponta. de terra scriptũ est. Ipsa aũt oceani circũq; intraq; sonãte Alluitur tellus fluctu et uelut insula toto Insurgit ponto et mediis stans prominet undis. Atlanticũ Est autem Atlas ut tradit Plini. li. 5. mons Africæ fabulosissimus e mediis hunc arenis in cælum attolli proditur. Asper et squalens qua uergit ad oceani litora cui etiam uicino cognomen imposuit ut solent mari terræ uicinę. Oceanũ a ωκεανος celeritate dictus apparet nã ωκυσ celer est dicitur et idẽ amphitrite quod litora circumcirca terat Oui. nec bra

 chia

bus ad idem Princi-
piũ stellisq; reuoca-
tis expletũ annũ ha-
beto .Huius quidem
annj nondum uigesi
mã partem scito esse
conuersã Quocirca si
reditum, in hunc lo-
cũ sperauerís, i quo
omnia sunt magnis
& præstãtibus uiris,
quantj tandem est
ista hominum glori-
a, quæ pertinere uix
ad unjus annj partẽ
exiguam potest? Igi
tur alte spectare si uo
les, atq; hanc sedem
& eternam domum
contueri, neq; sermo
nibus

chia longo margine terrarum porrexerat amphitrite. Vastum ergo illud mare & patens non intra terrarũ sinus receptũ Oceanus uocatur quod nullius propemodũ molis Scipioni in cælo constituto uisum est. Ex his ipsis cultis. Gradibus quibusdam colligit humanæ glorie angustiam. Omnis terra insula parua uisa est non passim habitata, ubi habitatur maria & solitudiues cõmerciũ impediũt, nec a lteris alteros notos esse sinunt in eadem zona & plaga quod sic ostendit. Caucasum hunc. Taurus mons est mediã per Asiam immani dorso excurrens. Indiam tamen præcipue Scythiamq; disterminans. Dicitur idem (ut inquit Plinius) ubi se exuperat Caucasus præsertim tauri iuga in meridiem egrediẽtia. quo etiã caucasi nomine sæpe taurus ipse intelligitur. Horat. inhospitalẽ uocat caucasum q; æditissima eius iuga niuosa sint & inaccessa Gangem. Ganges Indiæ fluminis est omnium maximus, quando angustissimus fluit octo, vel ut Mela scribit. 10. milia passuum patens, ubi latissimus stadiorũ centum altitudine nunq̃ minore passibus. 20. Hæc India quę immensis finibus ad orientẽ exspaciatur, nõ immerito pro mole, orbis pars tercia Romanis armis incognita fuit, quẽadmodũ maior Africæ atq; Europæ pars quibus amputatis angustus sane glorię locus relinquitur. Quamdiu loquentur. Ostẽdit nec sempiternã fore hanc gloriã humanam etiã ut deinceps a posteritate ab aliis ad alios tradatur. Eluuiones. Aristo. libro de elementorum proprietatibus, dicit diluuia fieri cum planetæ omnes coeunt in signo piscium quod frigidum est, & conflagrationẽ cum sũt in geminorũ signo, quod calidum est. Theologi nostri negant cataclysmum

nibus uulgi dederis te, nec in premiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum, ſuis te illecebris oportet ipſa uirtus trahat ad uerum decus. Quid de te alij loquantur ipſj uideāt ſed loquētur tamē. Sermo autem omnis ille & anguſtiis cingitur his regionū quas uides, nec unq̄ de ullo perhennis fuit & obruit hominnm intertn & obliuione poſteritatis extinguitur. Que cū dixiſſet. Ego uero inquam o Africane. ſiquidem

clyſmum uniuerſalem fieri poſſe uiribus naturæ maxime tantæ altitudinis quantę fuit illa Noes, ubi aquæ inundantes montium uertices .xv. cubitis ſuperarūt elementorū lege a deo ipſo uiolata, quippe ruptis fontibus abyſſi magnæ & cæli cataractis apertis. Diluuium particulare, quale fuit illud Deucalionis in Theſſalia fieri ab Ariſto. ex iſtimatur, quod nihil ſit hic apud nos ortū, quod nō habeat durationis certā periodū et metam & ſuam uelut iuuentā & ſenectam Hinc eſt quod quædam terrę olim obductę aquis patent & contra quæ patebant olim nunc obteguntur. Affert idem, Nilum ægypti fluuium que alueum ſenſim mutat. & Helladem Græciam Troiæ tempore ſtagnantem parumq; feracem. Mycenā contra id tēporis fertilem, quarū natura poſt inuerſa eſſet hac ſtagnante, illa feraci. Sicilia etiam proditur olim fuiſſe contigua Italiæ, & ab Herodoto mare ſupra Memphim Credibile uero eſt terræ partem prius detectam mari poſtea obrui aut uentorū uiolentia aquas impellente, aut aſſidua terræ cauatione aut eiuſdem ruptis aggeribus, aut planetarum aſpectibus, quos ſtato tempore euenire naturæ legibus neceſſum eſt. Semper fere in hiſce mutationibus paria facere ſolet natura, ut ſi pars aliqua recens tecta ſit, alia quędam in alia regione pateat. Qui uero hoc ad poſteritatis memoriam non ſemper perueniat haud difficile eſt coniicere. Ouidius ex Pythagora. Vidi ego quod fuerat quondam ſolidiſſima tellus. Eſſe fretum, uidi factas ex æquore terras. Et procul a pelago cōchæ iacuere marine. Et vetus inuenta eſt in montibus anchora ſummis. Quodq; fuit campus uallem decurſus aquarum. Fecit, & eluuie mons eſt

Siquidem benemeri
tis de Patria quaſi li
mes ad cœli aditum
patet, quanquam a
pueritia ueſtigijs in=
greſſus patrijs & tuis
decorj ueſtro non de
fui nūc tamen tanto
præmio propoſito e=
nitar multo uigilan=
tius. Et ille Tu uero
enitere & ſic habeto
te non eſſe mortalē,
ſed corpus hoc. Nec
enim is es, quem for
ma iſta declarat, ſed
mens cuiuſque, is eſt
quiſque, non ea figu=
ra, quæ digito demō=
ſtrarj poteſt. Deum
te

deductus in æquor. Et q; paludoſa ſiccis hu
mus aret arenis, Queq; ſitim tulerant ſtag=
nata paludibus hument. Exuſtiones quas
planetarum aſpectus in primis exuſcitat
partim caſus, partim fulmina igneſq; ſu=
perne eiaculati in pinguem unctuoſamque
materiam delapſi. Iuuant & hanc rem ig=
nes intra terram reconditi quorum ardori
bus perennem materiam ſuppeditat terra
bitumini ſulphuriq; commixta, ut Apollo=
nius Thianęus de ętna diſſeruit. Sunt & ig
nis ſcaturigines tam prodigioſę alicubi na
turæ, ut iniecta aqua incendantur, quod de
Chimæra Lycię mōte ſcribitur. Plin. li. 2.
Pręterea cum ſit huius elementi ratio fæ=
cunda ſeq; ipſe pariat (de igne loquitur)
& minimis creſcat ſcintillis quid fore putā
dum eſt in tot rogis terrę? Quæ eſt illa na=
tura quę uoracitatem auidiſſimam in tanto
mundo ſine damno ſui paſcat. Addantur
iis ſidera innumera ingenſq; ſol & lapidū
quoq; inſiti naturę, attrita inter ſe ligna, iā
nubium & origines fulminū. Excedit pro=
fecto omnia miracula, quod non cuncta cō
flagrent cum ſpecula quoq; concaua aduer
ſa ſolis radiis facilius etiam accendantur
q̄ ullus alius ignis. Cum ab his nullus fue=
rit qui ante nati ſint, ad poſteritatem ergo
tantum, peruenire poteſt hęc gloria, nō ad
eos qui preceſſere qui poſteritati nec nume
ro nec uirtute cedunt. Nam ut corporū hu=
manorum molem ſic & probitatis ſtudium
ſenſim decreſcere, appoſitæ admodū poe
tæ ſub quatuor ætatum uelamento quarū
prima aurea altera argentea, tertia ænea,
quarta ferrea dicta ſit, cecinerunt. Nam de
poſtrema illa oui. Protinus irrupit uene pe
ioris in ęuum. Omne nefas fugere pudor
uerumq; fideſq;, In quorum ſubiere locum
fra=

te igitur ſcito eſſe, ſi=
quidẽ Deus eſt quj
uiget, quj ſentit, quj
meminit, quj preui
det, quj tam regit &
moderatur & mouet
id corpus, cui præpo
ſitus eſt, quam hunc
mundũ princeps ille
Deus, & ut ipſe mun
dum ex quadam par
te mortalem ipſe De
us æternus, ſic fragile
corpus animus ſem=
piternus mouet. Nã
quod ſemper moueť
, æternum eſt. Quod
autem motum affert
alicuj, quod ipſum a
gitatur aliunde, quã=
do

deſq; doliſq;. &c. Hora. Damnoſa quid nõ
imminuit dies. Etas parentum peior au[1]s
tulit Nos nequiores mox daturos Proge=
niem uicioſiorem. Hic ſe offert locus diſ=
putandi de mundi ęternitate, atque adeo
de vulgata illa Pythagoræ palingeneſia,
qua animas ex corpore in corpora migra=
re aſtruxit. Verum utrũq; eſt & a ſacris lite
ris & a celebribus philoſophis exploſum,
quod fuſius explicare, inſtituti compendii
ratio uetat. Nemo unius anni, Oſtendit illã
gloriam non eſſe diuturnam noſque in me=
tiendo anno uulgari opiniõe falli. Et pro
fecto magnifica eſt hæc ęternitatis cogita=
tio, cum chriſtianę religioni tum animę dig
nitati mire conſentanea. Nam cum hęc in=
corporea ſit & immortalis iniquum plane
eſt illius uota & ſtudia corporearum & bre
ui interiturarum rerum anguſtiis cohiberi.
Eſt apud Dauid de diuina illa ęternitate.
Quoniam mille anni ante oculos tuos, tan
quam dies heſterna quę preteriit. Annus
Græce ἐνιαυτὸς dicitnr, quod uideli
cet in ſe uelut redeat. Vulgaris uertens &
comunis annus ſolis eſt ad idem punctum
unde uenerat reditus ĩ ecliptica linea quod
non contingit ante dies. 365. & diei quar
tam, poſſunt pariformiter & aliis planetis
ſuus cuiq; annus tribui ut lune menſis. &c.
Verum præter hos alius eſt annus dictus
magnus, ſed nõn eiuſdem menſuræ apud
oes, aliis illi ut lunę motus ad ſolis mo=
tum quadraret. 25. menſes tribuentibus,
quod uni ſolis anno reſpondeant lunatio
nes. 12. & ſemis. Alii quadriennio hunc
abſoluere in quo integratur dies ille ex
quadrantibus in ſingulis ſuperantibus,
poſt quod, i, quinto quoque anno ſeu o=

do finem habet mo=tus, uiuendj finē ha=beat necesse est. Solū igitur quod sese mo=uet, quia nunquam deseretur a se, nūquā ne moueri quidem desinit, quin etiam cæteris, quæ mouent hic fons, hoc princi=pium est mouendi. Principio autem nul la est origo. Nam ex principio oriūtur ō=nia. Ipsum autē nul=la ex re fierj potest. Nec enim esset hoc principiū, quod gig=neret aliūde. Quod si nunquam oritur, nec

lympiade ludi celebres fiebant in Græcia & Romæ census populi & lustrum condebatur. Chaldæi duodecim solares continere dicebant Philolaus Pythagoricus 59. ægyptii. 14 61. quisq3 prout uisus est sibi exactas solis lunæq3 conuersiones depræhendisse aut alia aliqua de causa. A phīs ultra has, inita est alia magni anni ratio. Opinati sunt enim hi ut solem & lunam ita & omnes planetas, extimum globum singulaq3 astra certo temporis decursu ad eundem unde profecta sunt locum, explicatis illis uariorū motuū uoluminibus uelut ad ipsa incunabula reditura, indeq3 rursus exoritura huic communi omniū reuolutioni absoluendę, alii centum & triginta, alii centum &. 50, tribuere sęcula. i. 13. aut. 15. milia eorū annorū qui uulgares dicti sunt. Et quando opinati sunt iidem hæc sæculorū uolumina perpetua in uicemq3 sibi succedentia, non ita refert quo die hanc supputationē incipias sicut & solis annū non solum uocamus a calendis ianuariis ad easdem, sed etiam a sequente die aut alio quouis anni, rursus ad eundem quemadmodū facit & hic Cicero. Ergo si accipiamus eum diem quo Romulus mortuus est, in quo sol defecit non usq3 ad proximā ab eo die defectionē, sed ut in eodem signo sit eademq3 parte, orbibus, astris, circulisq3 omnibus locatis, rursus deficiat, quindecim uel circiter, opinatū est intercessura annorū milia. Ex illo autē numero ab obitu Romuli ad eum diem, quo Scipio in Africa militauit. Macrobius colligit annos. 573. qui numerus longe abest a uigesima quindecim miliū parte. Quod de Romuli anima in illa templa penetrante traditur magis ex vulgari adulatione quā ueritate

nec occidit quidam unquam. Nam principiũ extinctum, nec ipſum ab alia re naſcetur, nec ex ſe aliud creabit. Siquidem neceſſe eſt a principio omnia oriri. Ita fit, ut motus principiũ ex eo ſit, quod ipſum a ſe mouetur. Id aũt nec naſci poteſt, nec mori. Vel concidat omne cœlũ, omniſq; natura conſiſtat neceſſe eſt, ne uim ullã nãciſcatur, quæ a primo impulſu moueatr̃ Cum pateat igitur æternũ id eſſe quod a ſeipſo

ueritate dictum eſt. Apud Capreæ paludẽ Nonis quintilibus cum concionẽ aduocaſſet ſubito ingentẽ tempeſtatẽ ſecutũ eſt ſolis deliquiũ. Ipſe ulterius non cõparuit, Numa Pompilius illi poſtea ut deo templum ſtatuit & ſacra, Quirinumq; uocari iuſſit. Hanc tamẽ eandem ſyderũ poſitionẽ rediturã, quã falſo aſtronomi quidã rerum omniũ renouatricẽ, adeoque chriſtianæ reſurrectionis autorẽ falſo iactitarũt, & Haly & Nicolaus Orem artis eius peritiſſimi, rationibus mathematicis nixi, tanq̃ impoſſibilem (ut Io. Picus cõmemorat) reiiciũt. Suis te illecebris. Oportune eſt hoc Ciceroni dictũ, ut ſi quem contingat ſic a malo dæmone dementari, ut animorũ immortalitatẽ adeoque futuræ uitę premia non credat, intelligat virtutẽ propriã & ſupremã hominis perfectionẽ, tantũ natiuę dignitatis habere, ut ipſa nuda omnibus uiribus expetẽda ſit ampliſſimũ ſui ipſius premiũ. Quid turpius inquit Cicero q̃ ſapientis uitam ex inſipientũ ſermone pẽdere? Et profecto magnitudo animi nihil ad oſtentationem, oĩa ad conſcientiã refert recteque facti mercedẽ nõ ex populi ſermone, ſed ex facto petit. Egregie Cicero ad Cęſarem pro Marco Marcello. Serui igitur iis etiã iudicibus qui multis poſt ſæculis de te iudicabunt, & quidẽ haud ſcio an incorruptius infra. Id autẽ etiã ſi tunc ad te, ut quidam falſo putant non pertinebit, nunc certe pertinet te eſſe talem, ut tuas laudes obſcuratura nulla vnq̃ ſit obliuio. Et profecto ſi extra religionẽ uniuſque ueri dei cultum uera uirtus eſſe poſſet ut non poteſt (ut copioſe docet Auguſtinus) næ illi mihi diui plane uiderentur Catones, Fabricii, aliique eius generis uiri, qui virtutẽ (ut pro

 ditum

a ſeipſo moueatur, quis eſt hic quj hãc naturam animis eſſe tributam neget? Inanimatum eſt enim omne, quod impulſu agitatur externo

Quod autem anima eſt id motu cietu rinteriori & ſuo

Nam hec eſt natura propria animæ atque uis.

Quæ ſj eſt una ex omnibus quæ ſeſe moueat, neque nata eſt certe, & eterna

ditum eſt) nudã nullius laudis aut exotici alicuius premii cõtemplatione coluerint. Neque ſane rurſus mihi ſatis chriſtiani uidentur qui denm magis epicurea quadam futurarũ uoluptatũ contemplatione, quã propter ſe propriãque ipſius operis dignitatẽ colunt. Illa eñ gaudia & uoluptates ꝗlibet honeſtæ inferiores ſunt ipſo dei cultu.i.agnitione & amore, tametſi neceſſario ſequantur. Ergo qui propter ſe virtutẽ amplectitur illã perpetuo amplectetur, qui ob aliud vbi ab illius ſpe exciderit, uirtutẽ deſeret. Obliuione poſteritatis Quot quantoſque putamus inſignes fuiſſe vbique gentiũ uiros, quorũ nulla penitus extat memoria, quod haud dubie credibile eſt & eis euenturũ, poſt non ita multa annorum milia, qui hodie clari celebrantur. Iuuenalis patriã tamen obruit olim. Gloria paucorũ tituli laudiſque cupido. Heſuri ſaxis cinerũ cuſtodibus ad que. Diſcucienda ualent ſterilis mala robora fici. Te non eſſe mortalẽ. Ex quo conſequitur ſola immortalia curæ eſſe illi debere. Porro tria hic oſtendit ex philoſophia deprompta Platonica. Primũ hominẽ animũ eſſe nõ corpus, alterũ hunc hominẽ eſſe immortalẽ & deũ, tercium illum ipſum a funere ocyus tardiuſque in cælum redire pro ſtudiorum dum corpus inhabitaret ratione. Siquidem Deus eſt. Tres gradus rationalis naturę poſuere Platonici. In primo eſt illa penitus incorporea & cœleſtis, in qua eſt vna princeps oĩm deus, qui eſt ipſa vnitas, bonitas & æternitas incogitabilis exuperantiæ cuius reliqui ſunt miniſtri. Secundũ hanc ſunt illi a magnitudine ſcientiæ priſcis dæmones dicti, i. ſcientes corpore ærei & paſſibiles, ut Apupleius inquit, ſed tempore æ-

terni

na est

Hanc tu exerce in optimis rebus.

Sunt autem hæ optimæ curæ de salute patriæ,

Quibus agitatus & exercitatus animus, uelocius in hanc sedem & domum suam peruolabit.

Idque ocyus faciet, si iam tum cum erit inclusus in corpore, eminebit foras, & ea quæ extra erunt contemplans, quam maxime

terni quibus Heroes permiscentur & proborum animę, ut Socrates in repu. diuerunt a corpore semoti. Imū gradū tenet homo animal (ut Mercuri. trimegistus inquit) diuinū, & mortalis uelut deus. Sed & in sacris interdū & Angeli & homines uirtute prestantes dii uocantur. Itaque Platonici uolunt animū ipsum hominē esse, ipsum uero corpus dumtaxat instrumentū esse animę, quæ hoc sit in corpore quod inhabitat, quod deus in uniuerso, quē quidā animam dixere totius mundi. Proditū est de Socrate, cum diu contemplatus fuisset adolescentem, illo obticente dixisse, loquere adolescens ut uideā te, quod uidelicet ingenium sermone non corporis figura sit cognibile. Quæ dum de anima dicuntur, si per Synechdochen accipiantur, magna ex parte uera sunt. Sin minus, nec sacris nec Aristoteli (ut recentiores theologi explicant) consentanea. Est enim homo substantia quædam ex corpore cōstans & anima rationali, quorū illud materia est per se bruta & informis, hæc forma & perfectio pars nobilior, non corpori sic solum adsistens, ut auriga currui aut nauta naui, sed intrānea & naturalis ipsius perfectio, uel ut Aristo. tradit entelechia. i. actus primus seu forma non (ut loquuntur) accidentaria, sed substancialis corporis organici. i. ad munus aliquod obeundū destinati. physici. i. natura non arte formati. In potentia uitam habentis. i. functionē seu operationē uitalem puta incessum uisionē aut illam denique in nobis mentis agitationē, a quibus tamē aliquando feriamur. Est autem Entelechia hęc communis haud dubie hominibus & brutis, adeoque & stirpibus, fortasse etiā Aristoteli mortalis quuis idem in. 3. de anima

[illegible] se a corpore abstrahet. Nam eorum animi qui se corporis uoluptatibus dediderunt, earumque quasi se ministros prebuerunt, impulsuque libidinum uoluptatibus obedientium, deorum & hominum iura uiolauerunt, corporibus elapsi, circum terrā ipsam uolutantur, ne in hunc locum nisi multis exagitati seculis reuertuntur. Ille discessit. Ego sōno solutus sum.

MARCI TVLLII CICERONIS de sōnio Scipionis, finis.

νοῦν adferat, i. mentem principem & intelligentem animæ partē quam in patientē agentemq; partitur, de qua hād dubie intelligendum est si quid alicubi de animorū immortalitate statuit. Qua aūt ratione partes illæ & ab anima distinguantur & inter se & de illarū muneribus & subsistentia cōsultius est in præsentia tacere. cum hac in parte insigniter lapsi sint philosophi alioqui acutissimi, multis enim male cessit immodice philosophatū fuisse. Nā ut animæ immortalitas ratione probari possit, ea tū uel non adeo perspicua est, uel multorum sensus hebetior q̄ ut possit constantē & indubitatam assensionē extorquere. Certe ea quę hic est ex Platonis Phedro deprōpta, nec peripateticis philosophorum acutissimis probatur, et nō tam nostras q̄ brutorū animas a morte uendicare uidetur, quod & Lactantius annotauit & Iustinus in parænetico de placitis philosophorum aperte Platoni tribuit oēm animā esse mortalem. Est aūt Platonis ratio hæc, ut illā breuiter in enthymematis formā redigamus. Vbi aduerte Platonē ex vno principio duo elicere ad quorū utrūlibet cōsequitur animā esse immortalē, prior colligēdi forma hæc esto. Anima ex se mouetur, ergo anima semper mouetur. Antecedens pro cōstanti relinquitur, cū anima apud illum definiatur, numerus seipsum mouēs, cōsequētia liquet ex hoc quod nihil se deserit, ergo si aīa ex natura & essentia sua ipse se agitat ut necesse est sēper moueatur. Nō perinde est de eo quod mouendi uim aliunde accipit. Id ēm alieno beneficio destitutū illud impartiri nequit, ut ferrū quod ab igne calescit. Ignis uero ipse qui natura sua calidus est semper calet. Vlterius aīa semper mouetur.

ergo

ergo aĩa est immortalis, q̃ñquidem ex mo-
tu uitã arguimus. Posterior forma sit hæc,
aĩa ex se mouetur, ergo aĩa principiũ mo-
tus est. Nam & hoc peripatetici fatentur id
quod per se & suapte natura tale est causã
esse aliis oĩbus ut talia sint, ut sol author
est oĩs luminis, rursum principiũ motus na-
tũ nõ est, q̃m tũc principiũ nõ esset quippe
aliũde ortũ, nec etiã interiturũ est quia tũc
necesse esset oẽm naturã interire cũ nullam
subsistẽdi uim a principio acciperẽt, quod
uero nec ortũ nouit nec interitũ immortale
est, aĩa ergo immortalis est. Caput & fun-
damentum huius disputatiõis nempe ani-
mam ex se moueri Peripatetici labefactare
cõtendũt, ostẽdentes oẽ quod proprie per
seq; mouetur ab alio moueri, ut corpus ab
aĩa quę ex accidẽti mouetur, adeoq; primũ
motus principium omnino esse immobile.
Quod si Plato per aĩam ex se moueri intel-
ligeret esse quandã humanæ mentis agita-
tionẽ sublimiore oĩm ea quã extranea cras-
saq; & cõcreta hæc corporũ natura efficere
potest quę ipsius peculiaris sit qualis haud
dubie est intelligẽtia rerũ sublimiũ, intel-
lectu sensuũ errorẽ corrigente & ad eorum
quę sensu oĩno nõ percipiũtur cognitionẽ
scandente nobiscũ sentiret, qui aĩæ immor-
talitatẽ uenamur ex proprie functionis su-
pra materialẽ cõditionẽ euectæ dignitate,
adeoq; ipsam aĩę naturã oĩs materialis tũ
crassitudinis tum cõtrarietatis exortẽ. Pul-
cherrimus sane est apud Cice. de Senec. lo-
cus, ubi & Cyrus ex Xeno. inducitur disse-
rẽs, ut nunq̃ sibi persuadere potuerit aĩm
cũ in corpore esset uiuere, cũ egrederetur
mori, quin potius admixtione illa liberatũ
purũ, integrũq; euadere, & tũ demũ esse sa-
pientẽ, cũ ex insipiente corpore euaderet.

Itaq; prestantissimi philosophorum im-
mortalitatē statuerunt animorum quod sa-
cræ literæ confirmarunt, idq; credere plu-
rimum etiā ad humanitatis cultum et vir-
tutū studiū (quādo æterna nostri pars dili
gentius curanda est) cōducit. Hac de re om
nium quos uiderim, copiosissime disputa-
uit Marsilius Ficinus in eo libro cui titulū
fecit theologiæ Platonicę. Hanc tu exerce
optimis in rebus. Macrobius ex Plotino
affert. 4. virtutū genera. Politicas seu ci-
uiles, quæ moderationē quandā affectuū in
ciuili conuictu prestant. Purgatorias quæ
humana dediscere & diuina sola appetere
docent assidua affectuū purgatione, qua-
les solent esse eorū qui se totos philoso-
phie studio addixerunt. Purgati iam & de
fecati animi qui obliteratis affectibus hu-
manorū obliuionē induxerunt, & exempla-
res ī deo ipso. Colligit ergo is, hic Scipio
ni ab auo non tam ciuiles illas & negocio-
sas uirtutes, in patriæ salute curanda com-
mendatas, q̄ illas philosophicas, dum in
quit. Idq; ocyus faciet si iam tum cum erit
inclusus. Et apud nostros (actiue ut uo-
cant uite genus, & contemplatiue, & ex
vtraq; mixtum) quod peculiare eorum esse
debet, qui aliis regendis præficiuntur. In
primo ponit Macrobius Romulum philo-
sophię expertem, in secundo Pythagorā,
in tertio apud Græcos Lycurgum & Solo
nem, apud Romanos Numam, Catones, ali
osq; similes. Eminebit foras, eminet foras
studio rerum cęlestium, includitur, & uelut
in corpore sepelitur præsentium cura, pri
mo Tusculanarū, tota philosophorū uita
cōmentatio mortis est. Nam quid aliud agi
mus, cum a voluptate. i. a corpore, cum a
re familiari, quæ est ministra & famula cor
poris

poris, cum a repu. cum a negocio omni seuocamus animū, quid inquam tum agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus secum esse cogimus, maximeque a corpore abducimus. Secernere autem a corpore animū, ne quicquam aliud est q̄ emori discere, quare hoc cōmentemur (mihi crede) disiungamus nos a corporibus .i. consuescamus mori. Hoc & dum erimus in terris erit illi cælesti uitæ simile, & cum illuc ex his uinculis emissi feremur, minus tardabitur cursus animorū. Nam qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam cum soluti sunt tardius ingrediuntur. &c. Namq; eorū cui se corporis uoluptatibus. Diserte Cato apud Ciceronem de Senec. inuehitur in uoluptatē malorū ęscam qua nulla a natura hominibus capitalior pestis data est, & quę ad omne scelus suscipiendū impellit. Hæ penæ animorū circa corpora ipsa que intemperanter adamarunt uolutantium non absimiles uidentur nostro purgatorio igni, quem ratio multis potius q̄ scriptura peperisse uidetur. Circa terram ipsam uolutantur perinde atq; aues quæ excisis alis in altum nequeunt subuolare. Multis exagitati sęculis. Omnes animæ tandem ad cælum unde profectæ sunt Platonicis multis redituræ creduntur, idq; ocyus tardiusque pro studiorum qualitate. Quę corpus tanq̄ peregrine incolunt cito tanq̄ ad patriam (ut inquit Macrobius) redeunt que corporū illecebris ut suis sedibus inhęrēt, quanto uiolentius ab illis separantur, tanto ad supera serius reuertuntur, & culpa quæ uoluptatibus inoleuit doloribus aboletur Sane perq̄ eleganter scripsit hisce de rebus Virgilius poeta Platonicus in. 6. æneidos, ubi huic animorum purgationi

ille Platonem in republica fecimus, tri-
buit annos. Has omnes, ubi mille rotā uo-
luere per annos, Lethæum ad fluuium deus
euocat agmine magno. Scilicet immemo-
res supera ut conuexa reuisant. Rursus & in-
cipiant in corpora uelle reuerti. Sed nos
eatenus duntaxat fidē his habebimus qua-
tenus cum christiana religione consentiūt.
Ea est (ut finem faciam) rerum in hoc opu-
sculo uarietas, ut inter explicandū cōpen-
dium difficile cū luce coeat. Quare ad au-
ctores ipsos qui res eas ex professo tractāt,
erit interdum confugiendum. Nos gustum
duntaxat philosophiæ tibi exhibuimus,
quo post ad hanc plenius hauriendā inuita-
rere. Sicubi obscuriores breuitate (ut fit)
adacti fuimus, leuis hoc damnum præ-
ceptoris opera facire poterit. Me-
mineris tamē semper mi Gre-
gori non tam lectione
aut oratione q̄ uita
ipsa moribusq;
philoso-
phan-
dū.

Impressum Londonij per me
Robertum Redmā.
Cum priuilegio.